

conditio repetita ad sustinendum legatum : ut constat ex illis verbis : Videamus utrum conditio libertari preposita sit, an verò legato : & equidem si libertati soli accipiamus prepositam, nullus tractatus amplius superest ; nam legatum purum invenitur, & ideo inutile fit. Quòd si conditio etiam legato inserta sit (quod quidam recte putant) simul cum libertate dies quoque legati utiliter cedit. Ratio est, quia credendum non est testatorem inutiliter dis-

113 ponere voluisse, aut inutile legatum facere velle, ut cum multis observant Alciatus regula 3. presumpt. 35. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 12. tit. 17. n. 13. Mascardus de probationibus, tom. 2. conclus. 594. num. 11. & 12. Petrus Magdalenus de num. testium in testamentis requisito, 1. part. cap. 16. num. 84. & 85. & 3. part. cap. 3. num. 34. At in questione nostra, ex voluntate institutoris potius non debet censerì repetita qualitas in vocatione, sive substitutione subsequenti ; in qua sine ulla repetitione Majoratus sustineri, & conservari potest : ut de se patet ; nec aliojuss qualitatìs repetitio necessaria est, ut dispositio suslineri possit. Male igitur allegatur text. in dict. l. Julius Paul. ad probandum, ex presumpta voluntate disponentis, qualitate, sive conditionem adjectam in precedenti dispositione, censerì repetitam in sequenti : cum ibi potius repetitio denegetur. Male etiam citatur textus in dict. leg. cum servus, quoniam ibi (ut dixi) diversa militat ratio à nostro casu, in quo periculum non est, quod dispositio inutilis reddatur. Nec rectè dici potest, præsumendum non esse, quòd testator mutaverit voluntatem suam : quo fundamento utebatur Mieres ipse, dict. quest. 6. num. 77. Id enim intelligitur incontinenti, & uno & eodem actu, & ubi militat eadem ratio, nec de voluntate testatoris aliter apparet : focus tamen ubi apparet, secundam vocationem, sive substitutionem esse diversam à prima ; & res non permanet in eodem actu, sed aliquòd amplius supervenit, ut in questione nostra ; ex his, quæ supra diximus : tunc enim mutatio voluntatis præsumitur : ut cum aliis adnotarunt Decianus in cons. 9. num. 60. vol. 2. Menochius lib. 4. presumpt. 146. num. 7. vers. ceterum facile respondetur : & latius presump-tione 165. num. 4. & num. 17. & per totam, & in consil. 222. num. 45. lib. 3.

114 Quarta non obstat textus in l. Caio, ff. de alimentis & cibariis legatis, quem in favorem Abbatis adducit Mieres dicta quest. 6. num. 74. Attamen legem illam nihil probare, aut saltem ejusdem rationem diversam esse, nec casui nostro conducibilem, satis apparet ex his, quæ ad explicationem illius textus, & similitum scribit Menochius lib. 4. presumpt. 174. per totam, ubi plenissime tractat, an, & quando legatum cum eisdem conditionibus translatum præsumatur. Pro nunc tamen (ut alia omit-tam) hoc unum erit animadvertendum, eum textum loqui de conditione apposta in testamento, quæ regulariter repetita præsumitur in codicillis : Menochius, qui jure, ratione, & autoritate latissime confirmat, lib. 4. presumpt. 177. num. 1 & 2. quia codicilli trahuntur ad mentem testamenti, ut docuit Bald. in l. Nefennius, ff. de excusationibus tutorum. Natta in cons. 483. in fine, lib. 3. & quia testator in codicillis non videtur recessisse à voluntate, & dispositione facta in testamento : Menochius multos referens, & latius declarans lib. 4. dict. presump-tione 177. à num. 5. Quod focus est in terminis questionis nostræ ; ubi codicilli facti non sunt, & potius videtur testator à priori voluntate recessisse, & in sequenti-bus vocationibus alter ordinasse, quam in prioribus, ex rationibus superius adductis.

115 Textus verò in l. si tibi : cum lege sequenti, ff. de adimendis legatis, quem etiam adducit Mieres ubi supra, pro Abbate : nullo modo induci potest, ut antea dixi num. 22.

116 Pro Ananiæ verò videbitur alicui posse, eo quòd probat legatum translatum ab ipso testatore de eadem persona in eandem personam, non transferri cum eadem conditione, & onere. Sed adhuc nihil urget, idque dis-paritate rationis, quæ inter casum illius textus, & quæ-stionis nostræ colligitur ex resolutis per Menochium

lib. 4. dict. presumpt. 174. à num. 6. Marcus Antonium Peregrinum de fideicommissis, art. 16. à num. 97. usque ad num. 102. deinde ex notatis per Molin. de Hispaniarum primogeniis, lib. 3. dict. cap. 5. num. 59. & 60. juxta quæ, aliud dicendum esset in terminis questionis nostræ : contra Abbatem verò expendi posse, ex summario illius textus, & dictis per Menochium ; non obscure percipi potest.

Quintò non obstat textus in l. cum pater, §. ab insti-tuto, ff. de legatis 2. Nam libenter concedo, legata ab insti-tuto relicta, præsumi repetita à substituto : quamvis vulgatum hoc assumptum plures casus contineat, atque exactiorem explicationem contineat ; ut constat ex his, quæ in proposito diligenter, accuratè scripsit Menochius lib. 4. presumpt. 108. per totam. Fachelinus contr. ov. juris, lib. 5. cap. 39. ubi videri poterit. Tamen non ad-mitto textum illum, sive argumetum ex eo desumptum, pro opinione Abbatis aliquo modo urgere, quicquid Mieres in hunc sensum eum accipiat : nam diversam rationem esse, nec applicari posse questionì nostræ, constat aperte ex dictis per eundem Menochium dicta presumpt. 108. maxime num. 53. 54. & 55. ubi præmittit, quòd lex, quæ statuit legata ab instituto esse repetita in substitutum ; est fundata in sola conjecturata mente testatoris, quam ob aequitatem quandam ejusmodi fuisse lex conjicit : ut egregie considerant Castrensis num. 4. & Comens. col. penul. in l. licet Imperator, ff. de legatis 1. Verum enim verò in questione nostra, ex conjecturata mente testatoris, aut clara, & aperta ejusdem voluntate repetitio impeditur : ut latius probavimus supra. Deinde præmittit repetitionem hanc legati à lege fuisse intro-ductam, ne testator frustra legasse videatur : contra textum in l. si quando, ff. de legatis 1. quòd focus esse in casu nostro, nec frustratoriam reddi dispositionem, probavi-mus supra, num. preced.

Sextò & ultimò, non obstat textus in l. 3. §. filius, ff. de liberis & posthumis. Pro cuius solutiones constituo, difficile esse ; nec quòd certa regula definiri possit, an, & quando conditio, vel qualitas posita in clausula separata à precedentibus, aut sequentibus, ex præsumpta mente testatoris referatur ad omnia, vel ad unum tantum, vel ad aliqua ex precedentibus, vel sequentibus : ut constat ex his, quæ ibidem scripserunt Doctores communiter, & in cap. 2. requir. de appellationibus. Gratiani regula 412. per totam. Sebastianus Sapia in repet. leg. 1. ff. quod quisque jur. num. 26. 27. & 28. Aviles in cap. 1. pratorum, gloss. sisodicha, & cap. 2. glossa, so pena Albanus in additionibus ad Bartolum, in l. si idem, §. si una, per totum, ff. de jurisdictione omnium judicum. latissime, atque elegantissime omnium Menochius lib. 4. presumpt. 181. per totam, Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 16. à num. 102. usque ad n. 108. ubi plenè videri poterit de hac materia. Pro nunc tamen, quòd ad propositum pertinet, dumtaxat erit animadvertendum, regulam, aut doctrinam dict. §. filius, & quæ à præfatis Authoribus adnotantur, nihil obstat his, quæ, sententiam Ananiæ sequuti, adhuc defendimus, illam potius non mediocriter adjuvare, ut colligitur aperte ex dictis per Menochium ubi supra, num. 2. & num. 6. & sequ. & num. 20. Peregrinum, dicto num. 102. 103. & sequent. & num. 107. Et hæcenus sufficiat ad argumenta pro Abba-te adducta respondisse : quibus (ut vides) nullus hucus-que sic respondit.

Nunc verò sexto loco, & principaliter constituendum est, ex dictis antea num. preced. & opinione Ananiæ, quam regulariter amplectendam diximus, aperte deduci, veram esse doctrinam Scribentium communem, & sepi-sime in hac materia repetitam ; videlicet agnationis con-servandæ rationem attendendam non esse, nisi in gra-dibus, aut personis in quibus expressa est : idcirco con-servationem agnationis, masculorum inclusionem, & foeminarum exclusionem restringendam esse ad gradus, & personas expressas, & specificatas ; nec ad alias per-sonas extendendam esse. Quod scribunt Imola, Baldus, Alexander,

lib. 4. dict. presumpt. 174. à num. 6. Marcus Antonium Peregrinum de fideicommissis, art. 16. à num. 97. usque ad num. 102. deinde ex notatis per Molin. de Hispaniarum primogeniis, lib. 3. dict. cap. 5. num. 59. & 60. juxta quæ, aliud dicendum esset in terminis questionis nostræ : contra Abbatem verò expendi posse, ex summario illius textus, & dictis per Menochium ; non obscure percipi potest.

Alexander, Socinus junior, Decius, Rubeus, Gratus, Gozadinus, Parisius, Modernus Paris. Ruinus, Riminaldus senior, & alii, quos sic tenentes congererunt Molina de Hispaniarum primogeniis, lib. 1. cap. 5. num. 37. & lib. 3. cap. 5. num. 10. & num. 20. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 28. 40. & 44. Joannes Gutierrez in cons. 13. num. 26. & 27. Velasquez de Avendaño in l. 40. Tauri, Gloss. 9. num. 51. Cephalus in cons. 17. num. 28. lib. 1. & in cons. 353. num. 67. lib. 3. Simon de Præcis de interpretatione ultimar. volunt. lib. 3. solut. 11. n. 71. vers. secundo declaratur, fol. mibi 156. Hippolyt. Riminald. in cons. 371. num. 122. & sequ. lib. 4. Menochius in cons. 274. num. 26. lib. 3. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. 9. num. 182. & 183. Mieres de majoratu, part. 2. quest. 6. num. 102. 103. & 104. ubi n. 106. facit regulam, quam dicit ipse non esse minoris utilitatis in hac materia : quòd limitata causa limitatum producit effectum, tam in dispositionibus testatorum, quam in aliis rebus, & casibus : l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. age cum Geminiano, ubi latè Jason C. de transactionibus. Decius, Cumanus, Modernus Paris. & Peralta ab eodem Mieres relati, Tiraquellus, qui in proposito congerit multa, in tractatu, Cessante causa, 1. part. à num. 142. cum multis sequ. & de retractu conventionali, §. 32. Gloss. 1. num. 49. & 50. Alvarus Valascus consultat. 39. n. 11. Simon de Præcis de interpret. ultim. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubit. 4. solut. 12. à princ. fol. 60. & lib. 4. dubit. 3. num. 38. & decem sequ. fol. 392. & prædictam doctrinam adeò indistinctè intellectam per omnes, limitat, & declarat idem Mieres singulariter, dict. quest. 6. num. 104. vers. sed ista omnia, qui de hac re omninò legendus erit usque ad num. 106. & ab eo dicta confirmari possunt ex his, quæ scribit Menochius in consil. 117. n. 64. 65. & 66. & n. 73. lib. 2.

Septimò & principaliter constituendum est, ex antea dictis inferri aperte, rectè constituisse Doctores, & sepi-sime tradidisse in hac materia, repetitionem qualitatatum precedentium non admitti ; ubi quælibet substitutio præcedens, & subsequens sunt ad invicem separata, & in diversis capitulis, aut clausulis posita, & perfecta oratione determinata : etiam si ad sint dictiones repetitione significantes, cum tunc sententia potius continuatè, & quàm repetitivè : nec aliqua repetitione indigeat clausula continens rationem, sive orationem perfectam : Idque maxime proce-re, ubi adest personarum diversitas. Quod expressim probatur ex his, quæ pro Ananiâ contra Abbatem supra adnotavimus : & ita docuerunt Bartolus, Bald. Castrensis, Cornetus, Socinus, Romanus, Parisius, Alciatus, Ruinus, & multi alii, quos ordine recensent Simon de Præcis de interpret. ultimar. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. solut. 2. n. 167. fol. 268. Menochius in cons. 215. num. 188. & n. 191. lib. 3. Hieronymus Gabriel in cons. 95. n. 12. vol. 1. Cephalus in cons. 253. num. 26. & in cons. 208. n. 43. lib. 2. & in consil. 717. à num. 6. lib. 5. Bursatus in cons. 227. n. 57. lib. 3. Decianus in cons. 17. à num. 34. vol. 1. Hippolyt. Riminald. in cons. 560. n. 42. & 43. lib. 5. Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 16. num. 47. Achilles Pedrocha in cons. 5. n. 58. & n. 142. & in cons. 12. à n. 14. usque ad n. 20. Sfortia Odd. in cons. 95. n. 53. & tribus sequ. Joannes Vincentius Honded. in cons. 91. n. 7. 8. & 9. Quod tamen intelligi debet, prout statim sequenti Corollario explicabimus.

Octavò & ultimò constituendum est, Abbatis sententiam in cons. 36. n. 3. lib. 1. (quam hæcenus improba-vimus) admittendam fore ; illamque procedere posse ex voluntate testatoris, rationis identitate, agnationis con-servandæ ratione, expressa in dispositione, vel subintel-lecta, ex nonnullis causis, rationibus, & dictionibus, probatissimisque, & necessariis, aut concludentibus, conjecturis ; ex quibus elici possit aperte, aut colligere necessarium sit, agnationem conservare, qualitates repetere, aut præcedentia sequentibus inesse, testatorem voluisse. Quod advertit optimè Molina, de His-

panarum primogeniis, lib. 3. cap. 5. n. 58. & sequ. eleganter Mantica, ita contrarietates componens, de conjecturis ultimar. volunt. lib. 6. tit. 13. n. 8. vers. proinde Socinus, fol. 243. eruditè Menochius in cons. 95. n. 82. lib. 1. & in cons. 215. n. 185. lib. 3. & in cons. 117. n. 60. & 65. lib. 2. ubi refert Bartolum, Aretinum, Ruinum, Decium, Bologninum, Parisium, Alciatum, & alios : & cum illis secure tradit, qualitatè Masculinitatis, Ligitimitatis, aut aliam similem positam in prima dispositione, repetitam censerì in secunda, & ulterioribus, quando adest præsumpta, & conjecturata mens, ac voluntas testatoris : & quòd militat eadem ratio. Quod tenent etiam Corneus, in cons. 114. col. penultima, lib. 2. Decius, in cons. 15. col. ultima. Parisius, in cons. 38. n. 32. lib. 2. Alciatus responso 96. n. 31. Marzarius in cons. 6. col. ultima. eleganter Decianus, & Riminaldus, quorum statim specifi-cam mentionem faciam.

Inde & necessariò inferitur, repetitionem qualitatatum precedentium, ex identitate rationis, conjecturata, & verisimili mente testatoris, dictionum natura, & aliis probatissimis conjecturis fieri debere ad sequentes gradus, aut substitutiones, etiam si simus in diversis, aut separatis orationibus, & in diversis personis : Bartolus in l. Seia, §. Caio, ff. de fundo instructo. Alexander in cons. 47. Perspectus, colum. 1. in fine, volum. 5. Decius in cons. 190. col. 3. quos referens sic respondit Jacobus Mandellus de Alba, in cons. 234. num. 12. & n. 20. Mieres de majoratu, 2. part. quest. 6. n. 78. vers. ex quibus inferitur, & n. 79. & 80. Menochius in cons. 117. n. 73. lib. 2. & in cons. 216. n. 192. lib. 3. Cephalus, in cons. 196. n. 17. & 18. lib. 2. Bonifacius Rogerius in cons. 32. n. 50. lib. 1. Decianus in cons. 1. num. 185. & in cons. 26. n. 44. & in cons. 103. n. 12. lib. 2. & in aliis pluribus referendis infra, n. 183. ubi probat, qualitatem primogenituræ expressam in institutione, censerì debere repetitam in substitutione, de qua agebatur ibi : & tamen facta fuit in oratione separata ab institutione, idque rationibus, & Authoribus relatis ibid. & defendit etiam Sfortia Odd. mihi quidem eruditissimus, in cons. 95. num. 86. & 87. lib. 1. Et hæcenus de his, quæ ad clariorem, & majorem hujus materiæ explicationem à nobis adnotata, & con-sultata fuere.

Nunc verò ; & quinto loco, ut alterius ad relationem Authorum progrediamur (quod in initio hujus capitis proposuimus) de prædictis questionibus, & materia hujus capitis eruditè, & melius, quàm ex relatione aliorum haberi poterit, si originaliter non legatur, tractavit Burgos de Pace, in proemio legum Tauri à num. 37. usque ad num. 132. ubi n. 128. & sequ. proponit contrarietatem consiliorum Abbatis, Ananiæ, & aliorum, de qua hæcenus actum est ; & tandem dicit, Ananiæ opinionem vertiorem esse, & magis communem, & ad consilium Abbatis respondet. Facit etiam optimum consilium in hac materia, 29. per totum, ubi multa dicit, & inter alia eandem sententiam defendit contra Abbatem, & num. 67. & 68. ad dict. consilium 36. Abbatis octo solutiones assignat. Idcirco prædicto Authore originaliter lecto, necessariò adnotandum duxi.

Primò, Ludovicum Molinam lib. 3. de Hispaniarum primogeniis, cap. 5. num. 56. deceptum aperte allegando illum in favorem Abbatis, cum potius Ananiæ sententiam constanter defendat, & ad consilium Abbatis multas solutiones assignet, ut antea dixi, quamvis ibidem, num. 130. (quo numero allegatur per Molinam) referat plures, qui Abbatis opinionem amplectuntur, ut ibi, clarè videri poterit.

Secundò adnotandum est, eundem Authorem rectè constituisse, dict. proemio legum Tauri, num. 131. quòd Majoratus, quoties à foemina proceffit, numquam in casu dabilè judicandum sit, foeminas proter masculos remotiores ab ejus successione exclusas, etsi verbis utatur, quæ ad masculos referri soleant : quòd sic tenent infiniti alii Authores ibi relati : cum quibus sic etiam ad-notarunt Molina lib. 3. dict. cap. 5. n. 73. Mieres, de



majoratu, part. 2. quest. 6. num. 58. in fine, & num. 59. & num. 97. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 20. & 21. fol. 21. & cap. 3. §. 4. n. 56. fol. 106. Velasquez de Avendaño in l. 40. Tauri, Glossa 9. num. 57. & in casu consultus, sic argumentatur Joannes Gutierrez in cons. 13. num. 20. Cephalus in cons. 185. num. 26. lib. 2. Rolandus (quem nullus refert) multis comprobans, & de hac re videndus omnino, in cons. 76. a num. 9. usque in finem consilii lib. 3.

Limitatur tamen prædicta doctrina, ut procedat in casu dubio, quasi secus dicendum sit, ubi de contraria voluntate testatoris in contrarium constare possit, ut advertit Burgos de Pace, ubi supra, in fine, & idem tenent Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 21. Mieres qui Peraltæ doctrinam, aut resolutionem in hac materia recta ratione reprehendit de majoratu, 2. part. dict. quest. 6. num. 60.

Limitatur secundo, ut minimè procedat, ubi Majoratus à viro, & femina simul institutus fuit: tunc enim femina etiam proximior propter masculos remotiores censi debet excludi: argumento textus in l. 1. cum notatis per Doctores ibi, ff. de senatoribus. ex quibus ita securè tradit Burgos de Pace, dicto num. 131. in versic. Hoc tamen præter eos, & eo non relato in hanc partem inclinat Mieres dict. quest. 6. num. 97. versic. Si autem majoratus sit factus.

Contrarium tamen, imò quòd ad masculos tantum dispositio referenda non sit, sed pariter viro, & uxori prospectum esse videatur, & uterque sexus vocatus, rectius tenet Molina, & ad ea, quæ pro contraria parte adduci possunt, respondet dicto cap. 5. num. 75. & 74. & Molinam sequitur Alvaradus de conjecturata mente defuncti lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 56. & ultra eos pro hac parte, & notatis à Molina, quæ verè concludunt, ubi non apparet aperte agnationis conservatiōem fuisse consultum: facit optimum consilium Beroi. 120. num. 12.

vol. 2. ubi dicit, quod si in dispositione facta per masculum, & feminam, sit mentio de filiis, & descendentiis; verisimile est, eos intellexisse de descendentiis utriusque sexus: quoniam sicut masculus sexum masculinum dilexit, ita femina suum femininum sexum pariter dilexisset præsumitur: & aliis comprobant Rolandus dicto consil. 76. num. 17. & sequ. lib. 3. & faciunt scripta per Bæzæm de non meliorandis dotis ratione siliabus, cap. 11. num. 12. & vide Gregorium Lopez in l. 2. tit. 1. §.

partita 2. verbo, el mas propinquo, col. 3. versic. Sed pone quod maritus & uxor, ubi tractat qualiter succedi debeat, cum Majoratus instituitur à marito, & uxore simul; & adjicitur, quòd succedat propinquo consanguineus eorum, aut quòd succedat unus consanguineus ex parte uxoris, & alius ex parte viri, & de aliis similibus questionibus: cujus meminit Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 31. & 32. fol. mibi 44. & latius agit Cævallos practicarum commun. contra commun. quest. 265. ex num. 13. His omnibus addendum erit unum, quod ad interpretationem clausulæ cujusdam Majoratus aliquando observavi, & in facto consultus jure, & ratione fundavi; videlicet superiora procedere, quoties femina in favorem filiorum, nepotum, aut quorumcumque aliorum descendentiū, & in defectum eorum, in favorem aliorum proximiorum Majoratum instituit: tunc enim non censetur cognatos excludere, ut supra dicebam; cum ipsa descendentes agnatos habere non possit: Curtius junior in consil. 49. num. 7. Alciatus responso 58. Craveta in consil. 636. num. 8. Menochius in consil. 318. num. 10. lib. 4. Cephalus in consil. 134. num. 47. lib. 1. & dicitur finis lineæ masculinæ, & principium femininæ: Paulus Castiensis in l. majoratus, n. 5. C. de procuratoribus. Bartol. & Alciatus in l. pronuntiatio, §. familie, ff. de verborum significatione. Menochius in consil. 318. num. 34. lib. 4. Sitamen ponamus, quod femina, quæ liberos non habebat, nec descendentes aliquos, in favorem alicujus masculi sibi agnati Majoratum instituat, in quo semper, & perpetuò masculos

vocaverit, nec de feminis unquam meminerit: tunc equidem videretur dicendum, feminas, sive cognatos in perpetuum excludi, quia cessat ratio principalis (si mature advertatur) in quo communis facit totum fundamentum; scilicet, quòd femina, quæ est finis agnationis, & principium, & origo cognationis, l. pronuntiatio, in fine, ff. de verborum significatione, l. Jureconsultus, §. 1. ff. de gradibus, l. agnato, ff. de legitima tutela. videri non possit, agnationem conservare voluisse, quam non habebat: nam in specie proposita, licet femina agnatos descendentes habere non possit, habet tamen agnatos transverales, quorum aliquem, vel aliquos expressè ad successionem invitavit: ut putà fratres, & fratrum filios, qui cum ab eodem patre agnatione jungantur, agnati dicuntur: §. sunt autem, Instit. de legitima agnatorum tutela, §. 1. ff. de legitima agnatorum successione, in illis verbis. Sunt autem agnati, ut primo quoque libro tradidimus, cognati per virum sexus personas cognatione conjuncti, quasi à patre conati; itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt. Item patrus fratris filio, & invicem is illi agnatus est. Unde femina in perpetua masculorum vocatione, & nusquam feminas vocans, absque dubio censetur agnationem sui patris conservare voluisse, nec reddi potest discriminis ratio in hoc casu, ab his, quæ dicta sunt supra, ex num. 78. & 79. & sequ. sed utrumque concedere necessarium est, aut utrumque negare, ex rationibus adductis ibi, quæ æqualiter urgent.

Sexto deinde loco tractarunt latissimè materiam istam, & omnes questiones in initio hujus capituli propositas attingunt, Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 4. per totum, qui omnino vedendus est, & ibi num. 24. & 28. clarè accedit opinio Ananix, quam contra Abbatem defendimus, Joannes Gutierrez in consil. 13. per totum, qui dicit nonnulla utilia in hac materia, & Ananix sententiam præsentit veram, licet de ipso mentionem non faciat, ibi dem. num. 26. & 27. & num. ult. in fine. Velasquez de Avendaño in l. 40. Tauri, Glossa 9. per totum, ubi in omnibus ferè Molinæ resolutiones amplectitur, & à num. 43. veriorè dicit Ananix sententiam contra Abbatem, nisi casibus exceptis, & prosequitur ibi, à n. 45. qui in effectu sunt ii, qui per Molinam traduntur, locis & num. antea relatis. Jacobus Mandellus de Alba, in consil. 234. per totum, lib. 2. latius in consil. 484. à num. 8. usque ad num. 57. ubi quamplurima dicit notatu, & scitu digna in hac materia. Antonius Thesaurus, decis. Pedemontana 37. per totum, & 188. per totum, ubi num. 2. & 3. in effectu, obscure tamen probat distinctionem, quæ ad conciliandas Abbatis, Ananix, & aliorum sententias, supra proposita est.

Septimo loco, latissimè scripsit materiam hujus capituli Pelæz à Mieres, qui omnino videndus erit, de majoratu, 2. part. quest. 6. per totum, ubi à num. 2. usque ad num. 35. infinita jurium, & Authorum relatione comprobans, plene ostendit, quòd feminæ regulariter succedunt in quocunque Majoratu, & in Regno, & Ducatu, sicut masculi; dummodo non adsint masculi in eodem gradu, licet ætate minores; & si sint in proximiori gradu, excludunt masculum remotiorem à successione, ubi-  
cunque expressè non repelluntur; vel per tam evidenti-  
simas, & à jure probatissimas conjecturas, ut salva mente testantis ab eis recedi non possit: idque latius declarat, & alia multa dicit dicto num. 35. usque ad num. 74. Et ad hæc in effectu reduci debent infinita, quæ de successione feminarum in Majoratibus cum masculis ejusdem lineæ, & gradus, aut etiam remotioris adnotarunt innumeris Authores, qui de successione feminarum tractarunt, relati supra num. 65. & sequ. Tiraquellus de primogeniturâ quest. 3. num. 6. Molina, de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 4. à princ. Antonius Gomez, in l. 40. Tauri, num. 8. & ibidem Velasquez de Avendaño, Gloss. 9. à princ. & num. 33. Covarruvias, resolutionum lib. 3. cap. 5. num. 5. & practicarum cap. 38. num. 8. & 11. Aviles in capitulis prætorum in proemio, Gloss. 2. incipit: y reynas; per totam. Rojas in epitome successioinum, cap. 3. num. 18. Alvarus

varus Valasco, consultatione 101. in principio. Burgos de Paz in cons. 29. num. 1. & num. 17. & sequ. & num. 66. & in proemio legum Tauri, num. 126. & 127. ubi dicit singularia verba, & notanda; Matienzus, in l. 7. n. 7. Gloss. 6. per totam, lib. 5. collectionis Regiæ. & ibidem Azevedus, & in l. 4. eodem tit. & lib. in fine. Joannes Gutierrez, in cons. 13. num. 11. 13. 14. & 30. Marcus Antonius Peregrinus, de fideicommissis, art. 27. num. 4. Caldas Pereira, de nominatione emphyteutica, quest. 17. num. 36. & 38. Achilles Pedrocha, in cons. 40. à num. 350. usque ad num. 364. & in cons. 10. num. 16. & num. 29. & novissime omnium Blasius Flores Diaz de Mena, in addit. ad decisionem Gamez, §. 1. per totam, 1. part. & ad decisionem, 295. & 340. part. 2. Deinde dict. num. 74. usque ad num. 83. subintrat idem Mieres questionem, sive contrarietatem Abbatis, & Ananix disputatam supra; an scilicet qualitas Masculinitatis repetita censi debeat in aliis gradibus, & substitutionibus? & quamvis in allegatione jurium, & Authorum confusè versatus sit (ut supra advertēbam) & semper videatur Abbatis partem tueri: tamen in resolutione hujus questionis, & superioris contrarietatis, rectè se habuit, existimans repetitionem induci debere propter eandem rationem, & propter præsumptam testantis voluntatem: quod nos concessimus, & pleniùs comprobavimus supra.

Octavo loco, Plerius Stuardus, in l. finali, num. 69. C. de edito Drii Adriani tollendo. postquam per duas columnas, de contrarietate Abbatis, & Ananix disputavit, sic in prædicta questione distinguendum existimavit: quod expressio masculinitatis, aut fuit facta in diversa parte testamenti, & omnia in alia penitus diversa parte, & procedit opinio Ananix, & sequacium: aut fuit expressa, & omnia dicta qualitas eadem parte testamenti: & procedit Abbatis & aliorum sententia: quam distinctionem sequitur etiam Cæphalus, in consil. 68. n. 16. & 17. lib. 1. qui in hac materia alia multa dicit, ut constat ex multis consiliis congestis ab his, quos statim referam: sic consulto non refero eum specificè: Probavit etiam eandem distinctionem Simon de Præcis, de interpretatione ultimar. volunt. lib. 2. dubit. 1. solut. 3. num. 91. fol. 243. Sfortia Odd. compendiose substitutionis, part. 6. art. 4. num. 5. ubi per totum illum articulum dicit multa in hac materia, quæ legere, & videre necessarium erit: & in consilio 95. à num. 50. usque ad num. 62. & num. 82. usque ad n. 95. ubi agit de causis, rationibus, & dictionibus propter quas repetitio fieri aut non fieri debet. Et junge illi Joannem Vincent. Honded. in consil. 75. à princ. usque ad num. 31. & in consil. 91. num. 5. & quinque sequ. & num. 19. 20. & 21. ubi dicit nonnulla utilia, & notanda: sequuntur etiam andem distinctionem Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. 9. num. 182. & 183. Pacob Beretta in consil. 29. num. 19. Pancirolus in consil. 161. à num. 10. usque ad num. 13. Burlatus in consil. 1. num. 7. & num. 15. & in consil. 75. num. 19. lib. 1. Hippolyt. Riminald. qui refert Zuocardum in consil. 78. num. 24. lib. 1. & in consil. III. num. 23. lib. 2. & in consil. 632. à num. 88. usque ad n. 103. & in consil. 669. n. 30. lib. 6. Et quod attinet ad secundam partem, prædicta distinctio indubitanter est vera, ex his, quæ à superioribus adnotantur, & per Molinam traduntur de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 5. num. 59. Prima verò pars ita demum procedit, nisi ex aliis constiterit testatorem agnationem suam conservare voluisse, aut ex identitate rationis, dictionum natura, & probatissimis conjecturis, præcedentium qualitatem repetere voluisse. Quod certum est his, quæ numeris præcedentibus constitimus, & in terminis à se scripta dicto consil. 1. n. 7. & 15. sic declarat Burlatus, ibidem, num. 38. Jacobus Beret. in consil. 1. 6. num. 37. & 38. eleganter Alexander Trentacinquius in tractatu de substitutionibus 4. part. cap. 7. num. 11. per totum, ubi num. 1. refert Doctorum opiniones; postmodum verò ipse ex mente Doctorum sic distinguit: Aut mentio, & expressio Masculinitatis fuit facta in eadem oratione, in qua etiam non fuit facta expressio Masculi-

nitatis, & tunc concludendum est, repetitionem per testatorem tacite factam fuisse sic in utraque substitutione, & repetitam qualitatem Masculinitatis: quod latius fundat. Aut expressio Masculinitatis fuit facta in una oratione, & mentio de filiis simpliciter facta fuit, & sic loquimur in diversis orationibus: & tunc aut ratio favoris conservandæ agnationis fuit causa, ut dispositio restringeretur ad masculos, & tunc in eodem testamento propter eandem rationem illud verbum masculos, censetur repetitum, non autem si ob aliam causam, & ubi ex mente multorum, qui referuntur ibi ad hoc ut repetita qualitas Masculinitatis videatur, agnationis conservandæ causa, aliæ legitime deducta ratio requiritur, alias Ananix pars magis probetur. Idque aperte colligitur etiam ex dictis per Marcum Antonium Peregrinum de fideicommissis, art. 25. per totum, ubi de materia hujus capitis, & repetitione inducenda, sive non plena manu scribit, & multa necessaria, & notanda dicit: ac inter alia num. 28. superiore Abbatis, Ananix, & aliorum contrarietatem proponit: & num. 29. sic distinguendum putat; quòd aut agitur de eadem oratione, aut de diversis: primo casu qualitatem repetitam existimat, & multis comprobat: in quo cum omnibus concordat, quos adhuc præcitavimus in secundo membro: ubi orationes sunt diversæ, subdistinguit; quia aut agitur de repetenda qualitate masculinitatis in eadem persona, & tunc repetitionem admitti debere, multorum autoritate confirmat, & addo Pancirolum in consil. 161. num. 12. Hippol. Riminald. in consil. 632. num. 100. lib. 6. qui dicunt expressè, repetitam censi qualitatem masculinitatis inter easdem personas, etiam in diversis orationibus: aut agitur de diversis personis, aut diversis substitutionibus; & tunc qualitas repetita non censetur: quod infinitis probat ibidem, n. 33. 34. & 35. & in versic. conclusivè crediderim hoc ultimum; ita demum procedere dicit, nisi alia concurrant conjecturæ, scilicet exclusionis feminæ proximioris, conservatiōis bonorum in familia, agnationis, statuti, & hujusmodi, ut latius ibi declaratur per eundem Authorem, & omnino videndus est Trentacinquius dict. tractatu, de substitutionibus, art. 16. à num. 1. usque ad num. 59. ubi plenissimè de hac materia scribit, atque ex professo agit, an, & quando conditio, seu qualitas censetur repetita, & de dictionibus inducentibus repetitionem, aut illam excludentibus, latissimè etiam tractat part. 5. cap. 1. ex num. 18. usque ad num. 42. Hieronymus Zanchus ex proposito legendus in repetitione §. cum ita, l. heredes mei, ff. ad Trebellianum, 4. part. à num. 343. cum multis sequ. ubi concordiam superius propositam, & sæpe repetitam probare videtur, & 10. part. à num. 77. usque ad num. 108. ubi latè agit de causis, dictionibus, & rationibus, propter quas repetitio induci, aut cessare debeat. Joannes Garfia de nobilitate, in initio, à num. 12. usque ad num. 54. fol. 7. ubi Abbatis, & Ananix contrarietatem proponit, & Ananix sententiam regulariter, aut simpliciter acceptam veriorè esse præbetur, limitandam tamen ex nonnullis causis & rationibus, ut superius vidimus.

Non deinde loco, attentè sunt, atque ex proposito legenda infinita, quæ in hac materia, plenissima manu scribit Simon de Præcis de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 2. interpret. 3. dubit. 1. solut. 3. num. 70. usque ad num. 93. fol. mibi 241. ubi de contrarietate Abbatis, & Ananix tractat & multas concordias adducit, & inter alias eam probat, quam cum Molina, & aliis sæpe veriorè diximus n. præced. & eodem lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. solut. 2. num. 130. usque ad num. 189. fol. mibi 266. ubi latissimè agit in proposito, quomodo, & quando repetitam mentè, sive voluntatem testatoris cognoscere valeamus: & de dictionibus, causis, & rationibus, propter quas repetitio induci, aut restringi debet, & lib. 4. dubit. 10. num. 104. usque ad num. 112. fol. 347. & lib. 3. dubit. 1. solut. 11. per totam, fol. 146. cui junge Petrum Surdum in consil. 316. lib. 3. Alexandrum Raudensem de Analogis, lib. 1. cap. 15. num. 288. usque ad num. 347. & in resp. un-